

21 feb. 1963

GS/2C

C1)

DE MATRIMONIO CHRISTIANO

(seu de dignitate et ordinatione personae humanae in societate coniugali)

1.- (Introductio) S. Synodus, non minus Spiritu amoris quam veritatis edocta, de matrimonio christiano, quod, ut ait Apostolus (cf. Eph. 5,32) "sacramentum... magnum" est, principia divina declarare intendit, ex quibus et natura et dignitas et sanctitas et momentum et pulchritudo effulgeat ad bonum insius Ecclesiae (cf. Catechismus Romanus, c. VIII, n.1) et totius societatis. Sperat tali modo, ut etiam illi, qui haec principia non admittant immo, qui reputant ipsum matrimonium esse quoddam mutabile humanum inventum vel quoddam phaenomenon, ut vocant, mere sociale, in continua evolutione, tandem agnoscant per hoc solemne magisterium veritatem Dei "apud Quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio" (cf. Iac. 1,17)

2.- (De origine, dignitate et castitate sexus humani). Inse Deus fecit hominem sexualiter distinctum (cf. Mt. 19,4). Deus solus est dominus absolutus hominis integritatis, etiam quantum ad illa, quae hominem naturaliter aptum reddunt et cum Deo convocant in vitae humanae procreationem. Ideo etiam ea quae ad sexum pertinent in persona humana a Deo sunt, atque ideo in se etiam illa bona sunt et honesta, ut saepe affirmavit Ecclesia, etiam ad proclamandam sanctitatem et dignitatem nuptiarum. Merito autem Christi ipsa renatorum corpora facta sunt templa Spiritus Sancti. Liquido igitur sequitur, ut animo simplici, reverenti, pudico et casto res, quae ad sexum pertineant, considerentur atque

falta la  
 nocion de  
 persona: sujeto  
 activo y pasivo  
 de amor  
 el sexo como  
 expresion e  
 instrumento

por q' empieza  
 con el sexo  
 una parte  
 en lugar del  
 solo amor  
 X nada de  
 mutuo amor

no hace  
 falta



(1) falta una noción positiva de castidad: sexo al servicio exclusivo del amor. en el uso y en el no uso.

-2-

tractentur oportet. Absint tamen falsae superlatio-  
tiones, quasi praecipue sexualibus persona humana  
ut talis constitueretur <sup>et</sup> quasi omnia, inclusis  
socialibus, religiosis, moralibus immo supernatu-  
ralibus veluti a priori e sexualibus essent expli-  
canda. Licet castitas neque unicum neque primum  
sit bonum in vita morali hominum, tamen nemo  
denegare potest quanti momenti sit apud Deum et  
in societate casta vita illorum, qui, etiam extra  
matrimonium, puros et immaculatos se servant in hoc  
saeculo. Monet enim Spiritus Sanctus: "Nolite  
errare: neque fornicari, neque idoles servientes,  
neque adulteri, neque molles neque masculorum  
concupitores... regnum Dei possidebunt" (1 Cor.  
6,9-10). Ideo, attento Magisterio Ecclesiae,  
cuique personae humanae officium grave, sed non  
minus honorificum incumbit servandi et positive  
promovendi castitatem per dominium impetus  
affectusque sexuales, quo, iuvante Dei Gratia,  
caro et sensus rationi, per quam persona humana  
ad altiora evehitur, debite subiciuntur, et per  
rationem fide illustratam, legi evangelicae.  
Sic per castitatem relatio sexuum eorumque  
commercium ita nobilitantur, ut digna sint  
homine ad imaginem Dei creato et cristiano.  
Castitas ergo, quae tanti est apud Deum, et quae  
venit in bonum ipsius societatis, efficaciter est  
amanda, in humilitate vigilanter custodienda,  
defendenda et promovenda per apta media naturalia  
et in primis supernaturalia. Natura quidem iam  
homines in hoc adiuvat per quemdam nativum pudorem,  
qui magis crescit et iuvat si spiritu christiano  
imbuitur: "non enim vocavit nos Deus in immunditiam

empiegan con negar --

lo pone casi  
x en  
oposición  
a Matrimonio

debe ser  
más refrenación  
y orientación  
agregar algún  
adjetivo y  
indicar la  
disponibilidad  
plena en la  
libertad de los  
hijos de Dios

es el amor  
humano que  
debe ser defen-  
dido, a través  
de la castidad

es vago,  
de la  
impresión  
y puede  
ser concepto  
de inmundicia  
latente en todo  
el problema

~~large~~



sed in sanctificationem" (1 Thess. 4,7)  
Ordinavit autem Deus sexum humanum primarie  
ad matrimonium ad eiusque bona spiritualia  
et temporalia in societatem etiam humanam  
redundantia.

3.- (Matrimonii sacralitas). Ipse igitur Deus  
creando hominem masculum et foeminam et  
dando ei adiutorium simile sibi, providit  
humani generis multiplicationi <sup>V</sup>per matrimonii  
institutionem (cf. Gen. 1,27-28; 2,18-25;  
Mt. 19,14). Est igitur matrimonium origine,  
fine, officio natura sua bonum atque sacrum.

X *Vet perfectioni*


4.- (Matrimonii sacramentalitas). Iesus Christus  
matrimonium restauravit in sua unitate et  
indissolubilitate illudque ad Sacramenti  
dignitatem elevavit. Bonum igitur sacramenti,  
quo denotatur et vinculi indissolubilitas et  
contractus in efficacis gratiae signum per  
Christum facta elatio atque consecratio  
(Casti Connubii) sub proprio aspectu est  
praezellens est ligans omnes baptizatos. Nam de  
ipsa voluntate Dei Patris et Iesu <sup>m</sup>Christi <sup>m</sup>inter  
baptizatos nullum dari potest verum atque validum  
matrimonium, quin sit eo ipso Sacramentum.

*primavera*

*per manifestata*

Gratia huius sacramenti, ut docet Synodus  
Tridentina, quam ipse Christus sua nobis passione  
promeruit, naturalis amor perficitur, indissolu-  
bilis unitas confirmatur coniugesque sanctificantur.  
Hac autem indole sacramentali tanta est sponsorum  
christianorum dignitas, nobilitas et splendor,  
ut ipsi non tantum purissimam atque foecundi-  
ssimam unionem Christi cum Ecclesia repraesentant.

*no agrega nada al Trid.  
Se precisa una mayor definicion de lo que es gracia sacramental del matrimonio el amor de caridad de Xto y la Iglesia en la perfecta oblatione "et sunt unum" es el comienzo de la unidad y unificacion del mundo dividido por el pecado. La Redencion que empieza por la base de la sociedad.*





(cf. Eph. 5, 32-33), sed iidem in persona Christi et Ecclesiae efficiantur per validum consensum mutuo exterius rite manifestatum et accentum, huius sacramenti ministri, cum hoc suo essentiali consensu signum constituent, quo non ponentibus obicem gratia confertur: Atque ita revera coniuges in proprio suo statu symbolum esse possunt atque debent gratiae et caritatis Salvatoris, etiam ad bonum totius societatis.

X trient

bonaria etiam

(1)

5.- (Matrimonium et caelibatus). Firma hac dignitate naturali et supernaturali personae humanae in matrimonio iunctae, declarare tamen putat opportunum S. Synodus statum virginitatis vel caelibatus, propter regnum caelorum assumptum, in ordine obiectivo meliorem esse quam statum conjugalem. <sup>ad hunc consecratio totalis Regno Dei.</sup> Licet igitur matrimonium christianum, in se consideratum, non constituat "statum evangelicae perfectionis", tamen suam quoque perfectionem iuxta Christi leges exigit. Et ideo omnes coniuges ad veram sanctitatem vocantur. Uterque status inservit Ecclesiae et societati, unusquisque secundum proprium donum.

Fid.

ut dicitur, conc. ferdin. que confunde confert

6.- (Fines matrimonii). Matrimonium inservit Ecclesiae et societati in primis propter suos fines obiectivos divinitus statutos. Si enim attente consideretur divina ipsius matrimonii institutio necnon ipsa natura et Ecclesiae magisterium ordinatio prima ipsius matrimonii est ad prolem gignendam per actus naturaliter aptos <sup>materialiter</sup> etiamsi particulare matrimonium foecundum non sit atque ad prolem educandam. Hunc finem persequendo

vitam donandam suum finem como un fin separado del amor de las personas

non constituat perfectionem consiliorum evangelii, per se, tamen, les Cristi exigit ut matrimonio iuncti ad perfectionem christianam tendant et accquirant: finis sacramentalis enim perfectio sua.

(1) Hallo demasiado intelectual, fría la declaración de la sacramentalidad del M. Es el párrafo más importante, del cual depende toda la espiritualidad de la mayoría del cuerpo místico. Opino que debe redactarse toda en forma nueva, más sustantiva en lo dogmático de la gracia sacramental y con más referencia a S. Pablo (al Eph) que se insinúa el amor de Cristo a la Iglesia que deben realizar los esposos entre sí, en virtud del sacramento, y de el gerumen de ese amor para ser llevado libremente a la perfección.



→ de ahí la importancia del fin del matrimonio como "fecundidad de personas" que debe lograrse aún con matrimonios estériles. Hace falta estudiar una fórmula que contenga esos conceptos y al mismo tiempo no presente "la procreación" como simple reproducción, peligro tan grave como el subordinar la fecundidad al egoísmo de los cónyuges!

PATRIMONIO UC



persona humana cum Deo, per paternitatis et maternitatis dignitatem sociam confert operam ad humani generis propagationem et educationem. Alii etiam fines obiectivi, ex indole ipsius matrimonii oriundi, sunt mutuum adiutorium solatiumque in vitae domesticae communione et remedium, quod dicitur concupiscentiae. Qui alii fines etsi illo primo non supraponendi vel coaequandi, tamen, debite intenti, vera iura etiam ipsi constituunt; et ideo non parvipendi vel spernendi, sed debito modo (in vera charitate ?) promovendi. Charitas enim vera omnia recte componit et vivificat.

separa los fines en modo exacto; ver. obiectivos

maturación de la sexualidad sentido positivo cuidado porque todo fracasa, en la practica, remedium por desahogo en la ley

7.- (Ecclesiae potestas). Christus Ecclesiae concedit ordinem divinum quoad matrimonium, ut illum custodiret etiam ad bonum societatis, explicaret determinaret et propriis etiam legibus muniret. Hanc autem potestatem Ecclesia non solum exercent oportet in bonum animarum, sed etiam in fidei christianae commodum et Mystici Corporis incrementum. Hac de causa voluit Christus ut Ecclesia maxime defenderet indissolubilitatem matrimonii ab Ipso instauratam, et solum exceptionaliter necnon) intra limites et condiciones ipso iure divino contentas, vinculum aliorum coniugiorum, tum naturalium tum sacramentalium <sup>servet, e</sup> excluso tamen et semper matrimonio post utriusque partis baptismum consummato.

? ? pnt. pariter?

por 'excep.' siempre q. sea conforme a la revelacion

verum, sed oportet?

Supprimi: casus el caso

8.- (Auctoritatis civilis competentia). Auctoritas civilis legitima absque dubio competentia gaudet circa effectus <sup>sociales</sup> (mere civiles) matrimonii, etiam baptizatorum, ad normam legis naturalis

oportet?



secundum bonam communem societatis rectas  
exigentias. Gaudet etiam potestate vi. proprii  
iuris, ex sua quoque parte et in suo campo,  
enunntiandi, applicandi, urgendi postulata  
matrimonialia iuris naturalis. Nulla vero  
potestate gaudet circa mutationem ordinis  
divinitus statuti. Unde, inter alia, nulla gaudet  
potestate circa vinculum cuiusvis matrimonii  
valide initi, nec circa indolem sacramentalem  
ipsius matrimonii. Unde divortium civile, quod  
vocant, quoad vinculum, nullius est valoris,  
quia lex civilis tali modo illud concedens hanc  
non habet potestatem; nec vero bono societatis  
conformem <sup>divortium</sup> istud civile correspondet. Sciant  
insuper fideles ex unione sola et mere civili,  
quae contradicit legibus irritantibus Ecclesiae,  
nullum sibi exurgere coram Deo validum vinculum  
coniugale vel Sacramentum. Ecclesia autem, inde-  
pendenter ab auctoritate civili, ius et manus  
habet suos filios <sup>cum charitate</sup> in his rebus errantes admonere,  
etiam publice, et si opus fuerit propria media,  
ad bonum animarum, adhibere.

- 9.- (Persona humana in suis iuribus muneribusque  
in societate coniugali). Habet persona humana  
ius per se innatum, persona <sup>le</sup> et inviolabile  
matrimonium legitime ineundi. Potest tamen  
obstare, absolute vel relative, perpetuo vel ad  
tempus, aliquod legitimum impedimentum. Auctoritas  
socialis, potius quam istud ius personae humanae  
indebite delimitare, debet sua ex parte illud  
defendere et adiuvere. Habet insuper persona  
humana munus sese debito modo ad matrimonium

Thoms. Fordelli

a neces  
si  
furo de  
justicia  
si

cum



praeparandi prudenter, iuste, caste cum aptis  
instructionibus, in spiritu caritatis et  
sacrificii, adiuvantibus varii generis mediis  
cum naturalibus, tum maxime spiritualibus,  
vitatis naturalismi erroribus. Habet etiam  
fidelis ius et munus christiano modo matrimonium  
suum caelebrandi, omissa quacumque simulatione  
vel profanatione. Eadem persona humana, matrimonio  
coniuncta, quoad debitum conjugale meminerit  
verba Apostoli: "Uxori vir debitum reddat,  
similiter autem et uxor viro" (1. Cor. 7,3).  
Omnia fiant secundum naturam et dignitatem  
personae humanae, graviter vitato ex una parte  
foetido onanismo conjugali et ex altera parte  
vitata etiam foecundatione, quam vocant artificialem  
nisi agatur de mediis artificialibus ad ipsum  
actum conjugalem adiuvandam. Illicitum quoque  
est post actum conjugalem positum, processum  
conceptionis, quocumque gradu obtemptum, inte-  
rumpere, vel foetus nondum nati directam  
destructionem operari, vel ipsius prolis quam-  
cumque intentam et directam occisionem, quamvis  
ista veragatur per abortum therapeuticum procurata.  
Haec enim sunt contra grave praeceptum Dei. Proles  
enim iam concepta ius habet, etiam respectu  
auctoritatis socialis ut "amanter suscipiatur,  
benigne nutriatur, religiose educetur, ut  
nervose dicit Augustinus (De Gen. ad litt. IX,  
7,12: PL 34,397). Proles igitur, ut saepenumero  
monet S. Scriptura, tamquam verum bonum, benedictio  
caelestis donumque Dei fideliter agnoscatur.

} lata



10.- (De casta fidelitate coniugali). Ius et munus est utriusque coniugis casta fidelitas, qua ambo coniuges etiam iustitiae titulo, iura irrenunciabilia sibi invicem in matrimonio contrahendo tradita servant et promovent iuxta ordinem divinum. Proinde graviter prohibetur sive viro sive mulieri quodcumque internum (cf. Mt. 5,28) vel externum adulterium. Casta fidelitas maxime inservit non solum ipsi coniugum unitati, sed etiam ad ipsius convictus domestici et socialis bonum.

ius pro?  
el Soludo  
de prohibe  
o An?

11.- (De caritate coniugali). Supra autem omnia iura, obligationes et virtutes, proprium principatum tenens, splendet caritas, quae etiam in vita coniugalis alias leges supponit et implet, immo complet et elevat, monente Apostolo: "Viri diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam" (Eph. 5,25). Quapropter amor christianus coniugalis non tantum excellat oportet gloriosis insignibus caritatis, ab Apostolo exaltatis (cf. I Cor. 13,4-7), sed quantum fieri potest imitari debet suo modo amorem Christi erga Ecclesiam (cf. Eph. 5,25), sanguine acquisitam (Act. 20,28). Est igitur caritas amoris coniugalis perfectio ac plenitudo: nam (etiam) de statu matrimoniali valet verbum Domini plenitudinem legis esse dilectionem (cf. Rom. 13,10).

Specialis  
Modo



12.- (In Gratia et Veritate Christi). Monet igitur S. Synodus, ut fideles vivant proprium sacramentum manentes et crescentes in gratia et veritate Christi. In Gratia Christi, quae est vera basis omnis verae vitae spiritualis coniugalis; in veritate Christi, quae est vera lux illuminans coniuges ad amandum proprium matrimonium et ad vitandos errores, qui divulgantur in mundo, proclamantes sive licentiam sic dicti amoris liberi vel sic dicti matrimonii amicalis seu ad experimentum sive legitimitatem sic dicti divortii civilis quoad insum vinculum validum. Haec omnia non sunt "ex Patre, sed ex mundo... Et mundus transit, et concupiscentia eius. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in aeternum" (I Io. 2,17).

nec  
nominatur  
p. en forme  
clara y  
condemnat  
no de peso